

Ms. 208, p. 5

confitemur ante omnem diem et ante omne tempus
 res condidit d^s angelicam videlicet creaturam ^(duas)
 et informem materiam. quo modo duas res. non una
 post undam sed simul in momento oculi ambas con-
 didit. ^(17a) Angelicam creaturam dixit id novem ordines
 militie celestis. Seraphim. cherubim. throni
 dominationes principatus potestates virtutes.
 Archangeli. angeli. et informem materiam.
 Ex qua fabricavit celum et terram et mare. Ex his au-
 tem reliqua omnia operata sunt. Itaque non est
 contrarium verbum prophete dicentis omnia simul
 facta sunt. Quia in illa informi materia ^{sue} prima
 die facta est simul cum angelis. Latebant creature
 omnes nondum formatas (!). Etiam create erant quae
 postea per sex dies in ordine suo formate sunt. Ecce
 contrarietas et varietas predicta sanata est. ita
 per hunc sensum et omnia conveniunt. Et concordat
 hoc verbum dⁿⁱ dicentis. quando feci caelum
 et terram laudaverunt angeli quia non est impos-
 sibile. ut angeli laudarent d^{um}. quando celos
 in secunda die formavit quia ipsa prima die si-
 mul cum informi materia ex nihilo creati sunt
 et ex ipsa informi materia tres creaturas princi-
 pales formavit id est celum et terram et mare.